



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

De effectibus meritorum Passionis Christi D. N.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

entia; & hanc excellentiam reperit Apostolus in merito  
 1. Cor. 2. Crucifixi: *Non iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi  
 sum Christum, & hunc crucifixum.*

3. Gloriosum est magnâ pollere potentia & virtute  
 1. Cor. 1. & hanc possidemus in cruce Christi & meritis eius. *Ver-  
 bum Crucis pereuntibus quidem stultitia in autem qui  
 salvi fiunt, id est, nobis, Dei virtus est.*

4. Lætitia quoque materiam suppeditat, transire  
 Rom. 9. servitute ad statum libertatis: & hac fruimur in meritis  
 Christi. *Vetus homo noster crucifixus est, ut ultramori  
 uiamur peccato.*

5. Magnæ æstimationis indicium est, si quis ad emi-  
 nentem quandam assumatur dignitatem: & nos per me-  
 rita Christi ingressum habemus & aditum ad dignita-  
 tem cœlestis gloriæ. *Christus per proprium Sanguinem  
 introiit semel in Sancta, æterna Redemptione, q. d. Chri-  
 stus per effusionem Sanguinis sui in die Ascensionis tan-  
 quàm summus Sacerdos intrauit in Sancta Sanctorum,  
 nempe, regnum cœlorum: nobis eandem etiam acqui-  
 rens gloriam cum æterna Redemptione.*

6. Denique occasione cuiusdam victoriæ magnâ  
 applausus nihilq; decet ad summam lætitiâ; & nos per  
 Sanguinem Christi de cunctis inimicis nostris reproba-  
 mus victoriâ. *Expoliatus Principatus & Potestates, in-  
 duxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso, id  
 est, in proprii corporis crucifixione, veluti exponit Carthu-  
 sianus in hunc locum. Cum igitur Christi merito-  
 rius nostri boni origo sit & principium, merito eius  
 potest: *Venerunt nobis omnia bona pariter cum iustis, nec  
 in vlla alia re nobis gaudendum, aut gloriandum est, nisi  
 in Cruce & in meritis Crucis Domini nostri Jesu Christi.*  
 Ut propterea thesaurus meritorum Christi appropin-  
 catur gloriosus.*

*De effectibus meritorum Passionis  
 Christi D. N.*

**M**erita Christi, ut potè, infinito suffulta valore, ad  
 merendum non ipsimet Christo duxerunt, sed et-  
 iam aliis, nempe, Angelis & hominibus sufficiens  
 fuere. Videbimus igitur, quid sibi promeruit Christus  
 D. N., quid Angelis, quid etiam hominibus.

S. Thom. q. 19. art. 3.

Quantum ad primum. tri. perfectionu species in Chri-  
 sto considerari possunt. Prima est substantialis, & est unio  
 personalis: secunda est accidentalis interna, vti sunt ha-  
 bitus supernaturales gratia & virtutu: tertia est acciden-  
 talis externa, & est gloria corporis & nominis exaltatio:  
 super Resurrectione, Ascensione & Potestas iudiciaria.  
 Ceterum est, & extra omnem controuersiam, Christu  
 meruisse sibi primam perfectionem: quia concerne-  
 re primum esse, & ipsam spectabat Christi essentiam, er-  
 ror illam praesupponebat operationem, qua mediante  
 promereri posset. Praeterea gratia habitualis, quia est  
 principium meriti, non cadit sub merito; quia o minus  
 gratia Unionis, quae omnis omnino meriti, imo ipsius-  
 etiam gratiae principium est, sub merito cadere  
 non potest. Neque secundam perfectionem Christus sibi pro-  
 meruit: etenim iuxta doctrinam S. Thomae perfectus est  
 ex habitu, quam ad habitum. Quare solum tertia  
 meruit sibi perfectionem: nam quamuis gloriam corpo-  
 ralem exaltationis Nominis deberetur Christo ex de-  
 bito naturali: ad maiorem tamen Christi perfectionem  
 debebat, vti illam alio quoque meriti titulo obtineret: si-  
 cut omnes operationes a Christo Domino factae cun-  
 ctis conditionibus ad merendum necessariis instructae erant.  
 Quantum ad secundum, Christus D. N. S. Angelis  
 promeruit omnia dona praedestinationis, gratia actualis,  
 gratia habitualis & gloria: quia, secundum doctrinam D. S. T. q. 29.  
 Angelici, Christus est caput, non hominum duntaxat, sed  
 de Verit. 4.  
 Angelorum: ergo in hos etiam influit effectus gratiae,  
 7. ad 8. q. 3.  
 praeterea, Christus per principium universale gratiae, &  
 p. q. 21. art.  
 primum in illo genere: omnes igitur alia gratia dependet  
 4. ad 2.  
 gratia Christi: ergo etiam gratia Angelorum: esto non  
 meruit Christus passus & mortuus pro Angelis. Quem-  
 admodum Christus sibi quoque meruit in Passione sua: tamen si  
 non dicitur passus & mortuus pro seipso, sed pro nobis,  
 debet sequitur, Christu fuisse, Iustificatore, Sanctificatore  
 & Glorificatore Angeloru, non autem Redemptore.  
 Quantum ad tertium. Christus per Passionem suam  
 promeruit nobis cunctos effectus, incipendo a primo ef-  
 fectu praedestinationis ad vltimu usque glorificationis: et  
 Christus fuit perfectiss. noster Redemptor & Salua-  
 tor: ergo nobis promeruit omnes gratias ad salutem  
 internam.



Ioan. 1.16.

intrinsecè necessarias. Insuper est principium necessitate & primum in genere gratiæ: ergò omnis gratia dependet à Christo, iuxta illud Euaag. *De plantatione eius omnes accepimus.* Idem quoque dicitur de Patribus antiquis ante aduentum Christi: quibus sunt gratiam per merita Christi præuisa. Alii dicunt quispiam: cur non habuerunt etiam gloriam? Respondeo, non habuisse istam, primò, quia non pertinuerat amicitiam Dei, veluti gratia, ac propterea differre poterat. Secundò, quia iuxta ordinationem & dispositionem Diuinam, priusquam aperiretur cœli porta, peruenire ad æternam gloriam, Christus satisfacere debebat pro peccato originali, tanquam pro peccato quod naturam humanam infecerat, idque præstitit Christus in cruce. Gratia etiam Protoperentis nostri Adam in statu innocentie, data ei fuit per merita Christi, secundum S. Thomam, *habuit fidem Christi* voluntate non in carne passibili, eò quod non præiudicaret peccatum suum.

2.2. q. 2.  
ars. 7.

Concludo cum autoritate Concilii Tridentini excellentissime declarantis, quanta sit dependentia gratiæ à Christo in materia gratiæ. *Non habet homo gloriae glorietur: sed omnis gloria nostra in Christo est in quo uiuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, sancti fructus dignos poenitentia: qui ex illo vim habent, et offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patri.*

*De modo applicationis meritorum  
Christi D. N.*

**D**ivo considerare possumus in meritis Christi sufficientiam & efficaciam: sufficienti est in nobis sine nobis, efficaciam est in nobis, ac non sine nobis: etenim absoluta Dei voluntas hæc est, ut non nisi cooperatione nostra mediante effectu gratiæ meritorum Christi efficiamur participes: siquidem non solum ut habeamus merita Christi, tanquam merita Capitanei, verum etiam propria habeamus merita & gratia, dependentia tamen à meritis Christi, veluti sapientia